

lomei filiorum et legitimorum mundualdorum suorum. cum dicto petro remiserunt eisdem procuratoribus omne Ius et actionem *etc.* tam ex dicto Beneficio senatus consulti Trebelliani, quam quocumque alio beneficio *etc.* ac obligaverunt se *etc.* eisdem procuratoribus per Guadium et stipulationem se curaturos et facturos quod nulla persona et specialiter dompna Gayta soror consanguinea tantum dicti qd. hugonis in Bonis ipsis succedere volens ab intestato ratione dicti Beneficii Trebelliani *etc.* de iure vel de facto in iudicio molestet vel inquietet dictos procuratores *etc.* Et si contra predicta vel aliquod predictorum fecerint obligaverint se dicta mulier cum consensu predicto *etc.* solvere eidem ecclesie *etc.* uncias auri quinquaginta et totidem Regie Curie *etc.* Iuraverunt *etc.* In cuius rei testimonium *etc.* Maioris Ecclesie Sancte Marie de Episcopio de Barolo presens publicum Instrumentum exinde factum est per manus mei predicti Gualterii puplici Baroli notarii signo meo solito signatum, subscriptionibus nostrum predictorum Iudicum et nostrum subscriptorum testium qui interfuimus subscriptionibus roboratum. (*Segue il segno*).

† Nicolaus q. s. Iudex.

(*Mancano le sottoscrizioni*).

N. 41.

A. D. 1313

(13 maggio; Indiz. XI)

Provenienza	Cattedrale.
Data di luogo	Barletta.
Rogatorio	<i>Gualterius de Benedicto not.</i>
Descrizione	Taglio rettang: alt. m. 0,41; larg. m. 0,32.
Scrittura	Gotica.
Contenuto	Consegna e possesso legale della metà dei beni immobili di <i>Hugo de Anna</i> , fatta ai Canonici di <i>S. Maria de Episcopio</i> .
Bibliografia	Inedita.

† Anno ab Incarnacione domini nostri Iesu christi Millesimo Trecentesimo. Terciodecimo. Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum eius anno Quinto. Mense Madii Terciodecimo die eiusdem undecime Indicionis apud Barolum. Nos Nicolaus cavasaccus. et Benedictus de Galiano Regales Baroli Iudices. Gualterius de Benedicto puplicus eiusdem terre notarius et testes *etc.* per presens scriptum publicum notum facimus et testamur, quod in nostri presentia constituti discreti viri dompnus Guillelmus Cantor Maioris ecclesie Sancte Marie de Episcopio de Barolo. et dompnus Georgius de Spiritibus Canonici eiusdem Maioris Ecclesie Sancte Marie. generales et legitimi procuratores actores seu syndici nobilis et discreti viri Pascalis de Palmerio Archipresbiteri Barolitani. et capituli eiusdem Ecclesie. Requisiverunt Nobiles et providos viros dominum Andream Dentice de Neapoli Militem. Galganum de Comestabulo et Petrum de Anna de Barolo. una cum Nobili Muliere domina Lianora relicta qd. Hugonis de anna de eadem terra Baroli executores *etc.* (*Vedi pergamena precedente, in cui si dichiara come il detto « Ugo » donava la metà dei suoi beni stabili alla Chiesa di S. Maria de episcopio e l'altra metà in parti eguali al Monastero di S. Chiara e alla moglie*).